



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvm Serie Vigesimvm-Octavvm De Matrimoniis, &
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

An propria authoritate possit innocens à coniuge adultero diuertere, vel
necessariò sententia iudicis requiratur. §. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](#)

sare retentione suis hereditibus iniuriam irrogat debita hereditate defraudando, siveque fame notam lenonis imponit iuxta Textum in cap. si quis crudelis. 32. quæst. 2. ibi : *Sicut crudelis. Et inquis est, qui easlam dimittit uxori, ita factus est. Et iniustus qui retinet meretricem, patrem enim turpitudinem est.* Ecce cetero vir de adulterio, ibi : *Si vir sciens uxori suam deliquerit, quia non egredi pudentiam, sed permanet in fornicatione, vixerit cum illa reus erit.* Et ius criminis participes.

2. Ceterum communis est sententia, & vera per se ratione adulterij nullam esse obligationem uxorem adulteram dimittendi, ut colligitur ex D. August. tractato in cap. idolatria 28. quæst. 2. ibi : *permisit Dominus non iusit.* Et ex cap. quemadmodum, de iure iurando, ibi : *tutius esse adulteram non accusare.* Ad idem est cap. de benedicto, Cap. quod autem, Cap. non erit. Cap. cum venundatur, cap. apud misericordem, 22. quæst. 1. Neque contrarium probant Textus numeri præcedentes, relati loquuntur enim de marito retinente uxorem adulteram nullam adhibiti correcione, namque eius turpitudinis participes, & patronus censeri debet, & omnis nocuenter legitimis hereditibus facti causa. Secundus vero de marito qui retinet adulteram corrigenus, & quantum in se est delictum impediens. Neque est illius alius Textus, ex quo leviter colligatur obligatio expellendi adulteram. Quoniam Christus dominus Matth. 5. & 19. a. præcepto non dimittendi uxori excepti fornicationis causam, indicans sati stante causa fornicationis, neque astringi maritum ad retinendam uxorem, neque ad illam expellendam, sed viuunque ei liberum esse. Rationeque aperata id ipsum conincit. Nam cum diuortium iure ipsi naturæ introductum sit in penam delinqentis, & innocentis fauorem, æquum erat non innocens in illius executione astringetur, sed illo pro suo libro uti posset, alijs in illius penam verteretur. Atque ita ex communis sententia sustinet Sanch. lib. 10. disq. 1. à n. 6. Coninch. disq. 35. dub. 3. Paul. Layman. lib. 5. summaq. 10. 3. p. 6. 7. n. 15. Galp. Hurtado disq. 12. diff. 4. a. n. 1.

3. Dixi per se, nam per accidens ratione correctionis, vel scandali aliquando esti farissimè obligari maritus potest: si enim credit maritus uxorem corridentem esse, scandalumque sedandum, si eam falete ad tempus dimittat, idque præstat posse absque graui suo incommodo, lege charactris tenetur, uti aduentur prædicti Doctores. Atid fieri est impossibile, idque dixi farissimè posse maritum obligari. Quippe uxor que in domo mariti eam reprehendens, & punientis delinquit, inde dimisla liberius peccabit. Non igitur dimissio correctioni uxoris medium aptum est. Præterquam quod huiusmodi medium est marito overofum, tum quia cogitur celibem vitam agere, tum quia firmat adulterij suspicionem, quæ in grave dedecet ei cedit: uti autem medio ad corridentem uxorem ita dubio & ibi incognito nullatenus maritus tenuerit. Et ob eandem rationem non tenetur ratione vitandi scandalum, seu suspitionis, quam plures conceperunt possunt se delicta uxoris patrocinari, maxime cum huic suspicioni alii mediis succurrere possint, nempe uxoris reprehensione, reclusione, alijs moderata punitione, qua satis intelligi possit ipsum minime adulterio consentire. Quod si adhuc supicio perficit, patienter sustinenda est, est enim scandalum non datum, sed accepsum.

4. Ex his a fortiori infertur raro vel nunquam obligaram esse uxorem diuertere a marito adultero. Non enim tenetur correctionis præcepto, cum ipsi virote viro subditæ datum non sit viuum corrigit puniendo, sed monendo, & exhortando, neque dimissio scindenda est medium aptum ad correctionem, quippe dimissus deterior fieri. Præterquam quod uxori incommodissimum est, quae cogitur & celibem vitam degere, & mariti confortis sibi regulariter vitissimo priuari. Minus obligari potest ob vitandum scandalum, seu suspitionem, quod ipsa mariti delictis affeniat, cum omnibus compertum si mulieres ægerrimè ferri maritos alii commiscerent, neque potentes esse ad illos continendos, sicut aduentur Henr. lib. 11. c. 17. n. 3. Matienzo, lib. 5. recopilat. rit. 1. rub. gloss. 1. num. 101. saa, verbo diuortium, num. 6. Sanch. plures referens, disq. 13. num. 101. Coninch. disq. 35. dub. 3. concl. 2. Gaspar Hurtado disq. 11. diff. 4. in fine.

S. IV.

An propria authoritate possit innocens à coninge adultero diuertere, vel necessariò sententia Iudicis requiratur?

1. Proponitur ratio dubitandi.
2. Scelulo scandalum tam ob adulterium occultum, quam notoriū licet diuortium facere.
3. Procedit hæc doctrina sine adulterium commissam sit post spoliolum, sive ante.
4. Si spoliatus obiciat spoliantis adulterium, non obinde restituendas est, nisi adulterium spoliantis sit aquæ notoriū.

5. Probatur efficaciter ob adulterium occulum posse innocentem recedere.
6. Satifit obiectioni.
7. Ut prædictum diuortium sit, debet innocens moraliter esse certus, ut adulterio coningis.
8. Ea quæ in indicio externo probata sufficiunt, ut iudex sententiam diuortiū ferat, hanc certitudinem moraliter præstat.
9. Exorta controversia super impotentia viri, si ipse adulterio faciat, non potest coniux ad diuortium ex ea confessione procedere.
10. Coniux recedens ob adulterium absque sententia restituendas est spoliatio potest.
11. Spoliatus certus moraliter de adulterio non tenetur debitum reddere, tametsi superior precipiat.

Ratio dubitandi sumitur ex eo quod iniquum videatur quemlibet in sua propria causa iudicem esse. At si innocens ob alterius adulterium posset se a coniuge separare, iudex in propria causa est. Item diuortium est pena noctantis, quam ius ipso factio imponit, sed iudici remittere impotest. Denique matrimonium est Ecclesiæ autoritate celebratum: debet ergo autoritate Ecclesiæ, & non ipsorum conjugum dictuolum, ut videatur traditum in cap. facultates cap. bistoria 33. quæst. 2. ob quas rationes Gab. in 4. d. 35. quæstiones art. 1. cons. 5. censem etiam ob notoriū adulterium non posse coniugem innocentem diuortium facere, sed necessariò expedire debere Ecclesiæ iudicium. At quando delictum adulterij est occultum, contentit D. Thom. dicto dist. 35. quæst. 1. art. 3. Bonavent. ibi. quæst. 3. Richard. art. 1. quæst. 3. Turecema. in c. facultates. 3. 3. q. 2. quos referit, & sequitur Basil. Ponce, lib. 9. c. 18. à n. 6.

Ceterum verius censeo seculo scandalum tam ob adulterium occultum, quam notoriū conjugi innocentem licet diuortium facere tam quoad debiti redditionem, quam quoad mutua cohabitationis separationem. Sic docet Paludan. in 4. d. 33. quæst. 1. art. 3. concl. 3. Sanch. plures referens lib. 10. disq. 11. à n. 5. & n. 14. 3. & seqq. Henr. lib. 11. c. 17. n. 1. Rebello lib. 9. 17. Agid. Confucius. disq. 33. n. 2. Gaspar Hurtado disq. 11. diff. 6. num. 21. & alii.

Et quidem quando adulterium notoriū est per evidenter facti, vel confessionem rei in iudicio etiam ciuili non solum innocentem conceditur ius diuertendi ab adulterio, sed neque Ecclesiæ illum compellere potest ab adulterum recipiendum, ut videtur decismum in cap. significasti de diuortiū ibi. si notoriū est mulierem ipsam adulterium commississe, ad eam recipiendum prefatus vir cogniti non debet. Et facit cap. ex parte Sponsalib. ibi : quia nemini licet uxorem sine manifesta causa fornicationis dimittere, ergo stante manifesta causa fornicationis licita est dimissio, neque uxor dimissare restitunda est, sicut docet Gloss. c. Agathosa, verbo fornicationis. 27. q. 2. Et c. in verbo fornicationis de adulterio. Panorm. cap. constitutus num. 4. de conuers. coninguit. Et c. ex parte de sponsal. Et c. fin. de adulterio. Tiraclel. in leg. s. vnguam. verbo reueratur. num. 137. Cod. resuand. donationis. Gregor. Lopez, leg. 2. verbo seyndon. p. 4. Nauarr. c. 22. n. 23. Surd. de alim. tit. 7. q. 16. Sanch. lib. 10. disq. 12. n. 32. iunct. n. 13. vbi plures referunt. Et enim cum delictum notoriū est perinde est ac si publica sententia, & iudicio reus damnatus esset.

Quæ doctrina verissima est, sine adulterium commissum sit spoliolum, sive ante. Quocunque enim tempore notoriū commissum sit, restituenda deneganda est. Nam esto in dicto cap. significasti solum facta sit mentio adulterii post spoliolum perpetrata, id factum est, quia in eo aliqua ratio dubitandi esse poterat ex eo quod spoliants occasionem adulterii dederant, quia decisio ad adulterium commissum post spoliolum restituta sit, cum illud adulterium leuius sit, quam commissum ante spoliolum, ut recte alius relat. notavit Sanch. lib. 10. disq. 11. num. 30.

Verum ob adulterium occultum posse seculo scandalum coniugem innocentem ab adultero diuertere nullam expectat sententia hac efficaci ratione probo. Matrimonii natura est, ut coniuges sibi iniuriam obligentur ad mutuam cohabitationem & debiti redditionem, dum carnem suam in alienam non diuertant. Ergo facta hac diuisione ab adultero casus in innocentia obligatio per contractum matrimonij accepta, sicut casus qualibet alia promissio cessante conditione sub qua tacite facta est. Vnde in diuortio innocentis non sibi ius dicunt, sed iure a matrimonij natura concessu virtutur, quod ius Ecclesiæ approbando matrimonium approbare conetur, idque authoritate Ecclesiæ dici potest diuortium prædictum celebratum. Per quæ ratio dubitandi soluta est. Et confirmatur: ob adulterium notoriū, seu ut placet Basil. Ponce, ob adulterium, quod incontrinenti notoriū facti potest probatio oblatæ, licet coniugi innocentis propria authoritate à notoriū diuertere, ergo æquè ei licet in foro conscientia ob adulterium securum. Quippe ius diuertendi non ex publicitate, sed ex delicto nascitur. Publicitas enim solum ad scandulum scandalum requiritur, quare scandalum cessante quomodo docunque

de quoque conserit de adulterio possidet innocens ius diu-

tandi.
Quod si dicas id verum esse spectatam matrimonii naturam; at ob vitandas hominum fraudes, & malitias haec separatio absque Ecclesiae declaratione interdicatur; obstat; quia nullus est Texus ex quo colligatur hoc praeceptum, & obligatio. Nam Texitus qui per ratione dubitandi referuntur nihil probant. Etenim cap. *secularis* non de dimissione ex causa adulterii, sed scurria loquitur, qua causa cum Ecclesiae autoritate introducta sit, & huiusmodi habeat, aequum non erat cuiusvis iudicio remitti, scilicet in adulterio quod indubitate est & iure naturali diuortio causam praefat. Praterquam quod ibidem excommunicantur, qui nullas causas diffidit probabilitate proponentes, antequam lis per Ecclesiasticos Iudices decidatur vxores dimittunt, quod est diuersum a nostro iure, in quo adulterium innocentem certum esse debet, ut dicimus. Texitus in cap. *historia* praecepit vxorem autem omniam restituiri, quia de adulterio nondum collabat; solum facessit negotium Texitus in cap. *porro, de diuortio*, ibi *Etiangi parentela etiatis publica, & notoria ab aliquo iudicio Ecclesiae ad ea separari non possum, sed hic Texitus non de diuortio quoad thorum cohabitationem loquitur, sed de matrimonii dissoluzione quoad vinculum, & libertatem alteri copulandi. Quare cum grauissima sit, & grauitoribus periculis exposita, merito iudicium Ecclesiae requirit. Nullus est ergo Texitus, qui colligunt sententiam Ecclesiae expectandam esse ad diuortium: quin immo haec necessariam non esse indicat. Texitus in cetera parte de *Sponsalib.* ibi: *Quia nemini licet vxorem sine manu sua fornicationis dimittere.* Supponit ergo stante manifesta causa fornicationis, manifesta inquam ipsi innocentem posse nulla expedita sententia ab adultero recedere: & agentis id exprimitur a Hieronymo in *codicis Dominus* 32. q. 1. ibi: *Vicinque fornicatio est, vel fornicationis suspicio, liber dimittitur vxor.* Notandum est verbum *libere*, quod nullum requirit licentiam, vel sententiam, quia ipsummee indicat esse sententiam latam, ut pluribus comprobatur Tiraquel, in leg. *enquam, verbo reveretur* à num. 134. *Codex de reuendicando donis.* Et colligitur aperte ex c. *pro humano, verbo liber de homicidio* in 6. Et licet verbum *libere* idem sit, (ut placet Basilius Ponce, lib. 9. c. 18. in fine,) ac licet, perperam tamen addidit sententiam Ecclesiae necessariam esse, cum in predicto Texitus nulla huius sententia mentio sit. Quodque non leviter conlouat legi a Christo Domino latè Matth. 5. & 19. concedenti viris ex causa fornicationis vxores dimittere. Ex qua concessione Iudices Ecclesiastici colligunt quid in his causis debent decideri, non tamen mariti de adulterio vxoris certi eorum Iudicium decisionem expellere astringuntur, ut falsò putauit Basilius Ponce, d.c. 18. num. 9. Fauēque factum Iosephi Murch. 1. volentis lancillimam virginem occulite dimittere ob adulterij suspitionem, scilicet multis comprobatur Maldonatus, ibi. Et Suan. tom. 2. in 3. p. question. 29. articul. 1. s. t. 2.*

Ut autem predictum diuortium innocens faciat, debet certos moraliter esse de adulterio coniugis alterius, ob dubium enim, vel suspicione probablem nequit in iure coniugis quasi sententiam ferre, & iure quod habet priuare, sic ut omnes Doctores notant, & colligunt ex c. ex parte de *Sponsalib.* ibi: *qua nemini licet vxorem ab aliquo manifesta fornicationis causa dimittere.* Et licet in *codicis Dominus* 32. q. 1. dicatur vicinque fornicatio est, vel fornicationis suspicio liber dimittitur vxor. Nomine suspicione non quicunque suspicio, sed violenta, & que certitudinem morali aequivalat intelligitur.

Dubium tamen est, quia hanc certitudinem moralem praefat. Respondeo ea sola esse quæ in iudicio externo probata sufficiunt, ut Index sententiam diuortii proferret, ut multis comprobatur Sanch. lib. 10. disp. 12. num. 40. Guiterr. cap. 12. num. 12. Quippe coniux innocens recedens ab adulterio quaque sententiam profert. Ita particulari autem esse solum cum solam cum nuda, in eodem leto, non est dubium esse sufficiens adulterii indicium, ut deciditur in cap. litteris, de *præsumpt.* Ofcula autem, & amplexus præcisè est plures Doctores, quos referit Sanch. dicta disp. 12. num. 46. concilient sufficere ad separationem, verius est oppositum, ut tradit ipse Sanch. num. 47. eo quod neque ex natura rei, neque ex aliqua lege plenè adulterium inde proberit: ut si prædicta ofcula, & amplexus contingent in loco abdito, & secreto, vbi faciliter copula haberet posset, vel alius coniugatus adiuvetur, fine dubio credo sufficere si non ad condemnationem criminalem peccata ordinaria, bene tamen ad diuortii separationem, ut pluribus allegatis docuit Burlat. conf. 18. num. 3. volum. 2. Mafcard. de probat. concl. 57. n. 5. & conc. 64. & à n. 1. Coquain. 4. decret. 2. p. 6. 7. 8. 6. numero 3. Azeudo lib. 8. recipil. titul. 20. Rab. num. 14. Graffis 1. p. deces. lib. 2. c. 8. 4. num. 5. Natur. Rab. de *iudicio* num. 10. Neque contradicit Sanch. subiecte inficiatur, ut constar ex his quæ dixerat dicta disp. 12. n. 4. in fine.

Et idem dicendum existimo, si aliqua littera amorato-

ipsius mulieris reperirentur, quibus adulterium præteritum satetur, nam esto illa confessio vaporē extrajudicialis non plenē delictum probet. At facta in iudicio plenē illud probaret. Cum ergo in praesenti agamus de diuortio extrajudicialiter facta, ea confessio extrajudicialis sufficiens esse debet, maximè cum predictæ confessioni adlungantur amatoriae litteræ. Amatio militis, quæ simul cum illa confessione sufficiens iudicem mouere possent ad iudicium de adulterio ferendum, ut recte tradit Menoch. de *præsumpt.* lib. 5. *præsumpt.* in fine. Parvus conf. 5. 4. in fine volum. 4. Mafcard. de probat. concl. 6. num. 10. Si enim inquit Sanch. dicta disp. 12. num. 51. Et confenit Guiterr. c. 129. num. 12. *vñs quara concil.* satis est ut coniux innocens diuertere possit, de sui coniugis adulterio, seu de illius violentia iudicio certior fiat à persona fide dignissima, cum merito prudentissimi quisque fidem habere, quia illud dictum certitudinem moralem praefat, à fortiori ipsius coniugis adulterantis in amatoris litteris facta certitudinem moralem praefare sensenda est. Minor namque probatio adulterij, seu illius violentia suspicione requiriatur ad d. uortum propriâ authoritate factum, quam factum iudicio Ecclesiae. Praterquam quod satis probabile est, ut pluribus firmare Ioann. Bapt. Ferret. conf. 168. num. 4. & 5. Farac. t. 4. q. 136. num. 18. Guiterr. c. 129. n. 18. in fine. Ad diuortium celebrandum non esse opus ea indicia adulterij, quæ suspicione violentiam, sed satis esse quæ probabilem, & vehementem in suspicione indicateat.

Illud pro certo habendum est, si exorta controuersia super impotencia vii ad matrimonii dissolutionem ipse fateatur adulterio commisile, ex ea confessione etiū in iudicio facta non potest vxori diuortio intentare, quia illa confessio præsumpt. debet fraudulentem ad elideandam vxoris intentionem, factaque est contra formam prescriptam in cap. ex litteris de diuortio, ut recte norauit Riccius in *praxi decif.* 2. 32. Et ex illo Basilius Ponce, lib. 10. c. 18. n. 4.

Verum est illa *exspectata* Ecclesiae sententia possit innocens celus scandalum sit à coniuge adultero separare; ut si coniux spoliatus querelam fieret de iniuria sibi illata, restitutio, & neque per statim restituendis est, neque separatio permittenda, quiaque adulterium plene probatum sit: sicuti decisum est in cap. *significati* de diuortiis, per argumentum à contrario sensu; expressius cap. 2. cap. in litteris, cap. in *conquestiones* cap. item cīm quæ de restitu. spoliator. & traducti omnes. Neque enim æquum est coniugem publice priuare suo iure, & possessione, quin publice conseret de causa ob quam eo iure, & possessione priuatus est. Quocirca haec restitutio quod omnia facienda est tam quod mutuam cohabitationem, quam quod debiti redditionem, ut habetur c. red. negrand. 1. & 2. 3. quest. 1. quia his omnibus spoliatus est, neque vilium ad eum periculum, vel dampnum, ob cuius causam impedienda sit restitutio quod debijum coniugale, sicuti ad eum cum spoliatur coniux ob matrimonium nullificatur. Quo casu oblatis incontinenti probationibus non restitutur spoliatus ad coniugale debitum ob peccati periculum, sed ad murum cotabitationem. c. litteras de restit. spoliat. Atque ita tradit syluef. verb. *Matrimonium*, 10. 7. 1. Tabiena codem. 4. q. 9. num. 10. Alberic. in suo dictionario verbo *Matrimonium*. 9. vers. 11. Sanchez lib. 10. disputatio. 12. num. 15.

Ipsa tamen spolians certus moraliter de adulterio, præceptio Superioris iubentis spoliato redditi debitum obediens non tenet, quia prædictum præceptum, vaporē ex falso præsumptione latum obligationem non inducit, maximè cum ex eius obseruatione spoliante documentum proueniat bigamia, si velit ad Ordines transire, & vxori virginem acceperit, neque post adulterium cognoverit. Quo casu quia damnum est irreparabile existimat Sanch. dicta disp. 12. num. 22. circa fin. m. cum Menoch. de *recuperanda, posselli, rem. 1. num. 11. 5. & 30.8. Alexandro in leg. naturaliter. 5. nihil commune. num. 20. ff. de acquir. possell. Gregor. Lopez leg. 7. verbo que le entrege se. tit. 2. part. 3. virum spoliantem, offertemque probationes incontinenti, id est intra breve tempus arbitrio iudicis, cogendum non esse vxorem spoliatam admittere ad coniugale debitum, tamen si ad omnia alia restitutur. Argum. cap. litteras de restit. spoliat. Extra hunc vero casum etiū spoliata prius recellerit, vel spolians incontinenti offerat probationes, restitutio facienda est, ut multis comprobatur Sanch. dicta disp. 12. à num. 20.*

§. V.

Qualiter coniux innocens procedere debet diuortium judicialiter intentans?

¹ Duplice actione ciuitatis, & criminali potest procedere.

² Si maritus ad penam sanguinis uxorem accuset, coram iudice seculari agere debet. Si vero ad alias penas coram seculari, vel Ecclesiastico.